

tris, nisi iste doceat de illius qualitate hereditaria, & omissione inventarii.

4. Donatarius particularis non tenetur ad confessionem inventarii, nec dicitur hares donantis præmortui.

5. In illum nulla actio activa, vel passiva pertransit.

6. Creditores donantis illum convenire non possunt actione personali, vel executiva, sed solum actione rei persecutoria, seu rescissoria.

7. Actus ad aliam causam referibilis qualitatem hereditariam minime probat.

8. Qualitas hereditaria non probatur ex actu qui voco.

## DECISIO XXVII.

Sacerdos Marcus Castrucci ad sese liberandum à creditoribus, qui super bonis ab eo possessis iudicium concursus instruxerant, prævia dimissione bonorum omnium, tam Ecclesiasticorum, quam Secularium usque de anno MDCCIX. in Curia Emin. Vicarii fuit admittus ad famigeratum beneficium cap. Oduardus, de Solut. ei relicta congrua alimentari super quibusdam bonis, quam tamen nostrum Auditorium, ad quod conscenderat dicta causa concursus, transiit super redditibus Ecclesiasticis, prout resultat ex Decisionibus. (a) Causa vero postmodum commissa R. P. D. meo Crescentio in locum bon. mem. Crispolti subrogato comparuerunt coram eo sorores de Ortinis adversus præfatum Marcum, petentes mandatum exequutivum pro credito cuiusdam census, quoad habent contra Altobellum illum patrem, & prævia decisione diei XV. Martii anni præteriti, voti compotes evaserunt, reportando mandatum, citatis etiam capitibus creditorum.

1. In hoc rerum statu dictæ sorores citarunt Castrucium coram eodem R. P. D. meo Crescentio pro obtinendo executatur contra illius personam, & bona propria, quod facile concessum fuit, nemine componente, nam prædictus Marcus, stante quod causa concursus mihi fuerat commissa, recursum habuit ad Emin. Signaturæ Præfectum, cui placuit declarare causam ad me spectare, unde in sequelam sub die XI. Martii proxime præteriti proposito à me dubio: An exequatur mendati ad R.P.D.

(a) In Romana Pecuniaria super congrua 14. Jun. 1717. cor. bon. mem. Herr. & in Roman. Pecuniaria 5. Jul. 1726. cor. me.

(b) Cor. bon. mem. Herr. & cor. me.

(c) Sicuti tradunt Squillant. de Privileg. Cleric. cap. 10. n. 11. late Constant. ad Stat. Urb. annot. 50. art. n. 208. cum seqq.

(d) Rot. in Romana, seu Signina Pecuniaria 15. Februar. 1723. §. Similique modo, cor. me.

meo Crescentio contra personam, & bona propria relaxati sit exequendum, illud ex discrepantia DD. Suffragantium irresolutum remansit, sed reiterato in præsentis Audientia ejusdem dubii examine, responsum fuit, negativè.

2. Domini siquidem putabant, quod Marcus, qui jam omnia bona, excepta congrua alimentari ei relicta, dimiserat, fatis rursus reputaretur, quousque saltem mediante restitutione in integrum tollebat de medio beneficium illi indultum in Curia Emin. Vicarii ad terminos dicti text. in cap. Oduardus, quod etiam à nostro Tribunali approbatum extiterat in præcatis decisionibus; (b) quia tale præsidium jus Canonicum favore Clericalis Ordinis præcise concesserat, ne, haud amplius eum reducendo ad mendicitatem indecoram, posset à creditoribus molestari ille, quem hujusmodi beneficium dignum esse Judex reputaverat. (c)

3. Ac libentius in capta resolutione persistendum videbatur, ex quo debitum, cujus intuitu sorores de Ortinis agebant, non erat proprium ipsius Castrucci, sed Altobelli ejus patris, cum in istis terminis desideraretur concludens probatio super qualitate hereditaria, & omissione inventarii in reo convento, qua probatione (ut in casu) deficiente, omnibus innoscebat minime posse aliquem dici hæredem simplicem, atque in bonis propriis, & in persona conveniri. (d)

4. Neque Dominis difficultatem ingerebat, quod Marcus fuerat donatarius Altobelli, quoniam, quidquid esset, an donatarius universalis constrictus reperiretur, ac si esset hares donantis, inventarium conficere, & formalem explere redditionem rationis, oppositio cessare dignoscebat ex facto, unde resultabat donationem, seu cessionem non fuisse universalem, sed particularem restrictam ad sola bona præsentia. (e)

5. In ista namque hypothesi nusquam donatarius habebatur loco hæredis, & sic adversus eum, in quem nulla actio activa, vel passiva ex persona donantis transibat, (f) actione personali, & exequutiva creditores agere non poterant, 6. dum illis juxta illorum qualitatem consulebatur, vel actione rei persecutoria, vel alio subsidiario remedio actionis revocatoria, seu rescissoria. (g)

Abf.

(e) Ex notat. à Torr. de Pact. futur. succ. lib. 3. cap. 5. n. 59. firmatis à Rot. decif. 7. n. 2. cor. Burat. ubi quoque Adden. n. 14.

(f) Ad text. in leg. 1. §. Hæres, leg. Cogi, §. Inde queritur, ff. Ad Trebell. Gratian. Discept. Forens. cap. 156. num. 18.

(g) Ex iis, quæ habentur penes Card. de Luc. de Don. decif. 45. n. 12. & seqq. Rot. decif. 78. n. 22. part. 10. recent.

clinare.

6. Causa urgentissima requiritur, ut partes ad transigendum cogi possint.

7. Puta, ob timorem ne veniant ad arma, ne perturbetur publica quies, vel ad finem imponendum liti diu agitata, & adhuc dubia.

8. Transactio convenit controversis dubiis, non vero extinctis, vel facile dirimentis.

9. Creditor non tenetur bona recipere pro pecunia.

10. Læso enormissima transactionem annullat.

11. Quomvis beneplacito Apostolico munitam.

12. Consensus certo actui accommodatus ad aliud diversum non extenditur.

13. Coactus non obligat.

## DECISIO XXVIII.

PRO reparanda jactura recepta ex deliberatione nonnullorum bonorum facta ad instantiam Com. Joann. Andræ, & aliorum fratrum de Saxis creditorum, nec non pro evitanda majori jam impendente ab eisdem fratribus de Saxis, qui plura mandata executiva pro residualibus creditis obtinuerant, Petrus Maria, & alii de Rusconis debitores ordinariis remediis destituti refugerunt ad extraordinarium, atque supremum recursus ad S. M. Benedictum XIII. qui pro eximia, quam fovebat in proximum charitate, & pietate in afflicto negotium æquabili transactione finendum delegavit cl. mem. Card. Gozzadino, tunc Episcopo Imoleni per epistolam à Secretis Status percriptam, cui is obsequendo manus admovit celebrationi concordia: juxta conditiones à dd. fratribus de Rusconis propositas, magnam tamen apud fratres de Saxis invenit repugnantiam, quam alio quam iteratè gravatorum medio frangere non valuit.

Antequam eadem concordia stabiliretur per stipulationem instrumenti, obiit dictus Cardinalis, & post eum Summus Pontifex Benedictus: quapropter in tanta rerum mutatione fratres de Saxis putantes omnia illiciteque acta aboluisse, comparuerunt coram Rev. P. D. Auditore Sanctiss. D. N. feliciter Regnantis petentes sibi concedi facultatem prosequendi actiones contra dictos fratres de Rusconis institutas. Verum aliud decretum reportare non valuerunt, quam remissionis causæ ad Emin. D. Card. modernum Episcopum Immolesensem, qui incumbat stipulationi concordia: alias pro-

ce-

7. Absque eo quod eadem qualitas hereditaria in omnem casum ceneri deberet probata ex quadam dimissione bonorum Altobelli facta à Marco favore creditorum de Copetelis: satisfaciebat siquidem responso, quod talis unicus actus, qui valuerat expleri citra jus & nomen hæredis, nempe ad liberanda bona donata, nullatenus inducebat ass. qualitatem hereditariam in Castruccio. (b)

8. Et de facto Domini advertebant, quod in instrumento hujus dimissionis bonorum nullum legebatur verbum, quod à longe præ se ferret ipsam actum fuisse in figura hæredis, ut per consequens illum saltem esse æquivocum diceretur, & rejiciendum, tanquam inefficacem ad concludendam in Marco aditionem paternæ hereditatis. (f)

Cæterum insuper ponderabant Patres Suffragantes, quod majori facilitate veniebat deneganda exequutio perita à fororibus de Ortinis adversus Castrucium, quia illæ amplectentes dispositionem text. in leg. 2. de Pignor. poterant prospicere earum indemnitati, mediante actione dirigenda ad fundum censitum sibi specialiter hypothecatum.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. MILLINO.

## IMOLEN. CONCORDIAE.

Lunæ 22. Jun. 1733.

## ARGUMENTUM.

Quoties S. Sedes delegavit concordiam prudentissimo arbitrio Episcopi, iste per se actum perficere, & quatenus velit subdelegare Vicarium Generalem, requiritur subdelegatio expressa. Quamvis causa necessaria sit, ut partes cogi possent ad transigendum.

## SUMMARIUM.

1. Concordia inita cum approbatione Vicarii Generalis nulla est, quoties S. Sedes illum remisit arbitrio Episcopi.

2. In hoc casu Episcopus tenetur per se ipsum delegationem perficere.

3. Vel saltem Vicario Generali specialem delegationem dirigere.

4. Concordia inita contra mentem Pontificis delegantis nulla est.

5. Æquitas non debet in iniquitatem de-

(b) Ad text. in leg. Pro herede, §. Papinianus, ff. de Acquir. hered. Rot. in recent. decif. 186. n. 7. part. 11.

(f) Spad. conf. 173. n. 60. lib. 3. Falm. nep. decif. 353. n. 3. tom. 4.

cedat, prout de jure ad formam litterarum Secretariae Status. Cum autem idem Emin. Episcopus hujus decreti executionem rejecisset in suum Vicarium Generalem, is decrevit, stipulari instrumentum concordie ad formam minutæ, deindeque, non obstante appellatione à fratribus de Saxis interposita, progressus est ad stipulationem instrumenti ex officio; adversus hæc omnia præfati fratres de Saxis obtinuerunt à Signatura Justitiæ loco Signaturæ Gratiæ commisionem signatam cum clausula: *Alteri, qui ad legitimam, qua cum dubium consentaneum subscripsi: An sit locus executioni concordie, seu potius relaxationi, & executioni mandatorum, & super eo consultis Dominis, responsum accepi, secundam fratres de Saxis informantes.*

1. Primum executioni concordie Domini putatur refragari nullitatem ex eo desumptam, quia fuit inita vigore decreti lati à Vicario Generali Imoleni, non autem ab Emin. Episcopo, qui cum ejus industria esset electa per verba illa, *ejus prudentissimo arbitrio, & juxta aequitatem* in epistola Secretariae Status, cui se refert decretum Auditoris Sanctissimi contenta, (a) 2. tenebatur negotium per se ipsum perficere, nec poterat utiliter alter delegari, (b) 3. & quatenus etiam subdelegare possuisset, debebat per expressam subdelegationem deputare Vicarium. (c)

4. Secundo obitare visum fuit, quod concordia fuit inita contra mentem Summi Pontificis in epistola prædicta expresse significatam, ideoque ex hoc quoque capite nulliter facta censeri debet: (d) mens quidem Summi Pontificis ea fuit, ut delegatus negotium dictæ concordie pro suo prudentissimo arbitrio juxta aequitatem pertractaret, huic autem menti, ut satisfactum dici valeat, probandum est justam, & rationabilem ob causam ad transactionem devenit fuisse magnamque læsionem, aut præjudicium fratribus de Saxis ea non esse irrogatum; 5. nam licet verba prædicta tribuant facultatem recedendi à stricto juris rigore, jus-

tam tamen & probabilem causam requirunt, prohibentque alteri ex partibus præjudicium irrogari, per quod æquitas in iniquitatem declinaret. (e)

6. Profecto, si causa cogendi partes ad transactionem debent esse gravissima, alias non est eis admittenda libera facultas in iudicio persequendi jus suum, (f) 7. talesque reputantur, vel si timor insit, ne partes veniant ad arma, vel si contingere possit perturbatio publicæ quietis, vel demum si controversia diu fuerit agitata, & adhuc dubia, & inextricabilis appareat. (g)

Nulla ejusmodi causa haud dubie superebat in casu, quinimo per contrarium, cum res esset de controversiis, vel jam consopitis per executionem mandatorum jam factam, & penitus consummatam per venditionem pignorum sub hasta, eorumque deliberationem, vel nullo negotio terminandis, uti consentientibus in creditis claris ac liquidis, pro quorum aliis præfati fratres de Saxis obtinuerant relaxationem mandatorum, tam in Curia, quam in Partibus, omnis æqui recteque ratio suadebat, ne iidem fratres de Saxis cogenter ad illis per transactionem resilire, quæ convenit quidem litibus dubiis, minime vero controversiis, aut extinctis, aut facile dirimendis. (h)

8. Insuper per dictam transactionem mag-nopere læsa fuerunt jura ditorum fratrum de Saxis: in primis enim impositum eis onus emendi prædium della Rusconia pro modo tornaturar. 56. consilio pretio fcut. 22. in singulas tornaturas, quod sane est gravissimum, tum quia nemo invitus adigendus est rem alienam emere, tum quia multo minus cogi debet solvere pretium excessivum, ut est illud dicto prædium constitutum.

9. Secundo præfati fratres de Saxis obstringuntur in causam suorum creditorum recipere bona stabilia, quod pariter non leve infert eis gravamen, cum creditor regulariter non teneatur bona recipere pro pecunia. (i) Ma-

(a) Juxta notata per Innoc. in cap. fin. n. 2. de Offic. Delegat. Sperell. Decil. For. Ecclesiast. 106. n. 56.

(b) Ad text. in cap. fin. §. 15. autem, de Offic. Delegat. leg. Inter artifices, ff. de Solution. Abb. in dict. cap. fin. §. 15. autem, de Offic. Delegat. Fagnan. in cap. Quoniam, n. 18. eod. tit. Rot. de Executor. Litter. Apollitic. Part. 2. cap. 5. num. 10.

(c) Fagnan. in cap. Quoniam, n. 8. & seq. de Offic. deleg. Rot. cor. Molines, decil. 769. n. 89.

(d) Ad Text. in cap. Cum delicta, de Rescript. cap. Cui, de Præbend. in 6. Rot. in Juvenacen. Jurisdictionis 16. Jun. 1690. §. Nec ista nullitas, cor. bon. mem. Ursino, & 28. Mart. 1732. §. fin. cor. me.

(e) Ad regulam text. in leg. Jure nature, ff. de Reg. jur. Mandel. Alb. conf. 210. n. 13. Card. de Luc. de Euphyt. dicit. 36. n. 17.

(f) Juxta monitum text. in §. Quia vero Auth. De litigan. jur. in exor. lit. cap. fin. ubi Bald. de Rescript. Felin. in Rubr. de Reg. & pac. n. 1. & seq. Scacc. de Jure. lib. 2. cap. 2. quest. 1. n. 1. & seq. Urceol. de Transact. quest. 64. num. 1.

(g) Ad tradita per Bart. in leg. Congruit, num. 4. ff. de Offic. præsid. Felin. de Reg. & pac. n. 3. & seq. Pirringh. in Jus Canonico. ad eund. tit. tom. 1. lib. 1. n. 25. Valle-ron. de Transact. in Proem. n. 26. & 27. Urceol. eod. Tract. quest. 64. n. 6. & seq.

(h) Ut notat Urceol. de Transact. dict. quest. 64. n. 18. & seq.

(i) Leg. 1. §. Mutui datio, ff. Si cert. pecor. leg. Eam de quo 16. Cod. de Solution. Gratian. discept. 130. & decil. March. 141. n. 4. Rot. cor. Gregor. decil. 357. n. 1. & cor. Herrer. decil. 92. n. 13.

Majori tertio loco dd. fratres de Saxis afficiuntur detrimento, quia nedum remanent insoluti pro summa fcut. 706. 72. eis debita, pro restoratione damni recepti per fidejussionem ab eorum patre interpositam pro Petro Maria Ruscono favore Montis Pietatis, nec non pro fcut. 96. in causam expensarum; verum etiam illis relinquuntur sola spes valde incerta consequendi solutionem, quatenus idem Petrus Maria meliorem suam conditionem efficiat. Quarto, non minoris est ponderis obligatio eidem fratribus de Saxis injecta subeundi pro concurrente quantitate satisfactionem aris alieni eorumdem fratrum de Rusconis.

Quinto, in cumulum præjudiciorum accedit, quod auferuntur à fratribus prædictis quidam hortus per licitationem acquisitus, & reponitur in dominium fratrum de Rusconis una cum ædificio ibi proprio arte constructo: compensantur item fructus percepti ex bonis deliberatis, qui pleno jure ipsis fuerant acquisiti cum nonnullis eorum creditis: & denique eorum credita liquidantur in summa fcut. 1332. quando constituunt summam multo majorem fcut. 5514. 29. juxta calculum in Summar. relatum.

10. Quibus omnibus præjudiciis consideratis, firmum stat, transactionem nullo pacto viribus consistere posse, tanquam enormissime læsam: (j) 11. eoque minus, quia facta fuit in executionem jussus Summi Pontificis, quem noluisse tantam dd. fratrum de Saxis læsionem, perspicue ostendunt verba superius relata facultatem cogendi partes ad transactionem circumscribentia intra cancelos prudentis arbitrii, & æquitatis, & ipsamet juris dispositio confirmat, usque adeo abhorrens ab actibus tantopere tertio præjudicialibus, ut in Papa defectum intentionis præsumat. (k)

12. Nec ad sciendum dictam transactionem ratio habenda est declarationis à fratribus de Saxis emisse, per quam promptos se exhibuerunt illam acceptare: nam ultra quod ea respicit concordiam, quæ tunc proponebatur à clar. mem. Card. Gozzadino minus illis damnosa, ideoque ad aliam posteriorem continentem conditiones diversas, & magis duras, ac pergravantes non est extendenda, (l) 13. non relevator, cum non sponte, sed coacte metu gravatoria aliarumque poenarum, quæ tunc timeri poterant, fuerit emissa: (m)posito quod

non sit locus executioni concordie, consequens est, esse locum versa vice executioni, & respective relaxationi mandatorum pro creditis ditorum fratrum de Saxis confidentibus in cumulum summam fcut. 5514. 26. 4. juxta calculum ab eis datum, & debitis probationibus munitum, cum quo Domini transierunt. Et, ita, &c.

R. P. D. ALDROVANDO.

ROMANA FILIATIONIS.

Lunæ 1. Jun. 1733.

ARGUMENTUM.

Filius mulieris conjugatæ ejus viro adjudicatur, nisi aliunde probetur filiatio respectu alterius.

SUMMARIUM.

1 Filius præsumitur legitimus, non adulterinus.

2 Quousque probetur accessus alterius viri ad matrem, exclusa possibilitate accessus mariti.

3 Filiatio, ad effectum consequendi alimentam perpetua, probari debet conclusivissime.

4 Filii adulterini legibus exosi nil ultra alimenta præterdere possunt.

5 Adulterinus ad effectum consequendi alimentam perpetua indiget illis probationibus, quæ sunt necessariae filio naturali, ut successiorem consequatur.

6 Filiatio non dicitur probata, exclusa arcta custodia ventris.

7 Sola possibilitas copula cum alio viro filiationem excludit respectu suppositi patris adulterini.

8 Nec sufficit probatio custodia per aliquos dies.

9 Fortius, consilio de accessu alterius Amasii.

10 Tempus novissime non est tutum pro dimittenda die conceptionis fetus.

11 Testis falsus in uno, falsus in omnibus præsumitur.

12 Filiatio ad effectum consequendi alimentam perpetua non probatur ex largitionibus, & ex tractamentis per antea habitis.

13 Neque etiam ex publica voce, & fama.

14 Plura enumerantur adminicula filiationem excludentia.

L DE-

(j) Ad notata per Cagnol. in leg. 2. n. 78. Cod. de Rescind. vendit. Rot. post Salgad. Labyr. Creditor. dec. 24. n. 9. & in Civitatis Plebis Transactiois 1. Februar. 1726. §. Eoque, cor. bon. mem. Crispol.

(k) Juxta plene firmatam in Alarina Reintegratiois 1. Februar. 1732. §. Totum adhib. cor. R. P. D. meo Cortio.

(l) Ad reg. text. in leg. Si de certa, Cod. de Transact. Rot. cor. Beniscal. decil. 209. n. 2.

(m) Ex animadversis per Capic. Galeot. contro. 14. num. 24. lib. 2. Novar. de Gravamin. vall. gravam. 824. n. 1. Part. 1. Rot. decil. 38. n. 3. part. 16. recent.

## DECISIO XXIX.

**D**elegatio mihi causa appellationis per Dominum Ducem D. Zenobium Sabelii de Palumbaria interposita adversus sententiam in prima instantia latam à R. P. D. Cabbalino Judice per Emin. Vicarium deputato, per quam declaratum fuerat, constare de filiatione naturali, seu potius adulterina Joannis Antonii Fossæ relative ad prædictum Ducem, pro effectu consequendi ab ipso alimenta, quorum taxa eidem decreta fuit in menstrua summa scutorum sex, ultra medietatem fructuum officii vacabilis Scriptoriae Brevium, quam eidem Joanni Antonio in ejus testamento reliquerat prædefuncta genitrix, de qua tamen taxatione adhuc ex motivo tenuitatis idem Joannes Antonius conquerebatur; proposui hodie DD. meis congruum dubium, *an constet de filiatione ita ut debeantur alimenta, & in qua summa, habuique responsum, negatiue in omnibus.*

1. Præsupposito enim fundamentali principio, ex quo habemus, prædictum Joannem Antonium fuisse à Martha matre progenitum, atque in lucem editum, constante adhuc Matrimonio per ipsam contracto cum Paulo Francisco Fossæ ejus viro, illico jam exinde profiliabant elementares juris regulæ, quæ sicuti foetum ex muliere conjugata progenitum constantissime adjudicant proprio ejus viro potius, quam adulterinis complexibus cum eadem muliere habitis per alios ejus Amasios: (a) 2. ita prædicto Joanni Antonio suam alleganti filiationem relative ad alios, qui cum ejus matrem habere potuerint, arctissimum injungunt onus concludentissime, & per negativam coarctatam, & per absolutam cuiuscumque etiam possibilitatis exclusionem justificandi, quod tempore suæ generationis longe à conjugali contubernio abfens fuerit vir ejusdem propriæ matris, (b) quæ tamen univoca, ac perneccesse concludens absentia probatio, vel deficere posse videbatur in casu præfenti, vel saltem non leviter conflictari ab aliis probationibus,

seu præsuppositionibus in oppositum militantibus, & pro parte Ducis Palumbariæ oppositis.

3. Præcisive tamen ab hac indagine, pro certo habuerunt DD. quod cum prædictis Joan. Antonius actor suam filiationem adscribere tentaverit D. Duci Palumbariæ, sub obtentu familiaris consuetudinis per ipsum tempore suæ generationis habitæ cum ejus matre, cumque hæc ipsius præfens tendat ad finem consequendi à præfens patre, non quidem temporaneam, & provisionalem, sed immo perpetuam fixam, & stabilem alimentorum assignationem: hinc eo ipso locum sibi vindicat juris regula, juxta quam probationes filiationis à filio adulterino exhibendæ adversus suppositum patrem, ad effectum consequendi perpetuam alimentorum præstationem, debent esse univocæ, perstringentes, ac per necesse concludentes, ac si ageretur ad graviores effectum successione. (c)

4. Cujus quidem juridicæ conclusionis ea est prævalida ratio, quia cum filii adulterini, tanquam legibus exoti, sint infucceffibiles supposito patri, nec aliud adversus ipsum præterdere possit, quam alimenta: (d) 5. ideo ad effectum obtinendi fixam alimentorum præstationem, eadem omnino indigent probationum ubertate atque amplitudine, quæ in terminis filii naturalis progeniti ex mero libero concubinato requiritur ad eadem filio naturali sternendam viam afsequendi effectivam successione in bonis patris naturalis, ita scilicet exigente juridicæ æquiparatione, quæ procedit inter effectum successorium promotum à filio naturali, ac inter alium præstationis alimentorum promotum à filio adulterino. (e) Causam igitur agendo sub hæc præliminariibus fundamentis, tantum profecto abesse comperit fuit, quod hujusmodi undequaque concludentium probationum genus exhibitum dici possit ex parte Joannis Antonii Fossæ hodierni actoris, ut inno ipsius probationes directæ fuerint omnino incertæ, idcoque in hodierno gravi iudicio non admittendæ.

Et sane constans in facto erat, atque ex

plu-

(a) Juxta notissimum text. in leg. Miles, §. Defuncto, ff. Ad leg. Jul. de adult. de qua late Rot. decif. 13. n. 4. cor. Emin. D. meo Card. Falcon. sub tit. de Probat.

(b) Ut pluribus relatis firmavit Rot. dict. decif. 13. n. 5. cor. Emin. D. meo Card. Falcon. sub tit. de Probat.

(c) Ut loquendo de hujusmodi æquiparatis effectibus præliminaliter statuit Rot. decif. 289. n. 1. Part. 1. recent. decif. 151. n. 28. & seqq. part. 18. & decif. 13. cor. n. 23. Eminent. D. meo Card. Falcon. sub tit. de Probat.

(d) Juxta censuram text. in cap. Cum haberes in fin. de Eo qui dux. in sup. quam poll. per adult. cum alijs apud Rot.

dict. decif. 13. n. 13. & 23. cor. Emin. D. meo Card. Falcon. sub tit. de Probat.

(e) Ut docuit Bald. in leg. Eam quam sub n. 8. vers. Dic pro solutione, Cod. de Fideicom. Gabriel. conf. 27. sub n. 45. lib. 1. Burlatt. conf. 384. n. 18. Rot. decif. 114. n. 19. part. 16. recent. & decif. 347. num. 32. & seqq. part. 12. & cor. Cell. decif. 534. n. 9. & decif. 9. n. 23. cor. Emin. D. meo Card. Falcon. sub tit. de Aliment. & decif. 13. n. 23. sub tit. de Probat. cum alijs in Romana Fideicommissi 20. Jun. 1712. §. Alii quoties, cor. bon. mem. Ansaldo.

## Decisiones.

pluribus testibus plenam habentibus rei gestæ noticiam convictum remanet, præmemoratam Martham matrem, tam ante conceptionem hujus foetus, quam etiam sub ipso conceptionis tempore, ac successively eidem deinceps impudicæ, & inhonestam duxisse vitæ, & habuisse consuetudinem cum alijs nobilibus, & qualificatis viris, à quorum signanter altero sub peculiari cura, & custodia retinebatur, omniaque recipiebat ad vitæ cultum necessaria, ita quidem ut Duci Palumbariæ non nisi clandestinus, ac furtivus ad ipsam pateret ingressus nocturno tempore, post prædictæ alterius qualificatæ personæ recessum: talemque inhonestatem superlative etiam testatam reddunt compositiones per ipsam duabus vicibus initæ cum Monasterio mulierum ad poenitentiam conversarum, & sub gloriosis Sanctæ Mariæ Magdalena auspicijs militantium.

6. Quemadmodum igitur in subiecta hypothesi satis jam certæ impudicæ, & inhonestæ consuetudinis per dictam mulierem promiscue cum pluribus viris habitæ impervia, imo vero, & imposibilibus reddebatur verificatio custodiæ illius ventris, quæ utique adscribi nullo modo poterat Duci Palumbariæ non nisi ignorati, clandestini, & occulti Amalij speciem exhibenti, ob potiore figuram, quam in hoc genere gerebat altera qualificata persona, sub cujus stipendio prædictæ mulier de facto debebat, & à cujus proinde nutibus libere, & absolute pendebat, ita eo ipso deest quæcumque ratio eidem Duci impingendi controverfam filiationem, utpote quæ nunquam dici potest de jure probata, quoties prout hic, à toto genere deficit præliminare extremum arctæ custodiæ ventris justificandum respectu illius, cui eadem filiationi impingitur: (f) 7. cum de cætero sola etiam possibilitas copule cum alijs per matrem habitæ satis sit, ad hoc ut probatio filiationis respectu suppositi patris minime dici possit concludens. (g)

Non obstante proinde, quod nonnulli testes ab actore inducti deponere tentaverint, prædictum Ducem non semel prædictæ mulieri interdixisse egressum è domo, itidemque post ipsius clandestinum ac nocturnum recessum ab eadem domo, sollicitum fuisse de arctæ ac tuto obstruendis januis ejusdem domus, ne

aliis ad ipsam patere posset accessus.

Præmissa enim exceptione, quod de hæc actibus una tantum vilis muliercula testari aucta fuerit per simplicem fidem cruce signatam, quæ ulterius, licet una cum altera femina æque vilis conditionis, excludere etiam præsumpserit aliorum virorum admissionem relative ad matrem actoris, tamen ex longe validioribus probationibus per D. Ducem productis incontrovertibilis deprehensa fuit arctior consuetudo per actoris matrem retenta cum prædicta alia qualificata persona.

Adhuc tamen, ubi etiam admitti possent prædictæ informes fides, animadversum fuit, ipsas nil relevans in oppositum concludere, cum, qualificumque etiam cura per Ducem haberi poterit de arctæ, ac tuto obstruendis januis, nullo haberi posset in calculo, quoties, prout hic, non alio sub tempore servata fuisse noscitur, nisi in actu, quo idem Dux nocturno tempore, post clandestinum ingressum ac moram in eadem domo protractam, ex ipsa subinde discedebat, & sic postquam alteri qualificatæ personæ sub stipendio eandem mulierem detinenti liber, & expeditus, tam toto diei cursu, quam etiam superiori parte noctis ad eandem mulierem potuerit accessus, prælative etiam ad prædictum Ducem.

8. Ex qua etiam circumstantia irrelevantis detegitur quæcumque figurata prohibitio egressus è domo per Ducem injuncta prædictæ mulieri, cum hæc, ubi etiam subsisteret, non tamen eidem mulieri admire potuerit libertatem alios admittendi Amasios pro toto diei tempore, quo ipsa sub nulla profus custodia domi morabatur, adeo ut proinde nulla profus haberi possit ratio de hujusmodi suppositis cautelis, utpote ad aliquam solum diei, vel noctis partem, imo vero ad modicas tantum horas servatis. (h)

9. Si itaque in hodiernis, in quibus versamur, terminis mulieris jam à conjugalis honestatis ac fidei limitibus prolapsæ, vel sola satis esset possibilitas accessus aliarum personarum ad eandem mulierem, ad effectum ut foetus tali tempore per ipsam genitus, atque in lucem editus non fit per necesse tribuendus Duci Palumbariæ, qui promiscue cum alijs ad ipsam procuraverit accedere, facile profecto

L 2

pa-

(f) Juxta sensum gloss. in cap. Michael. verb. Confliterit, de Fil. Presbyt. Abb. in cap. Transmissa, n. 9. in fin. Qui fil. sua legit. Rot. decif. 377. n. 14. & seqq. part. 19. recent. decif. 123. n. 11. & seqq. & n. 20. post Constant. ad Stat. Urb. decif. 9. n. 24. cor. Emin. D. meo Card. Falcon. sub tit. de Alim. & decif. 13. n. 12. sub tit. de Probat. & in Romana Filiationis 20. Jan. 1727. §. Talis, cor. me.

(g) Ut notat Balducc. ad Ramon. in Observat. ad cons.

22. n. 14. Rot. decif. 85. n. 24. cor. Zarat. decif. 533. n. 10. cor. Emerix Jun. & decif. 9. n. 25. cor. Emin. D. meo Card. Falcon. sub tit. de Aliment.

(h) Ut notavit Arias de Mes. Variar. Resolut. lib. 3. cap. 39. n. 13. Rot. decif. 116. n. 13. cor. Carill. & decif. 13. num. 12. cor. Emin. D. meo Card. Falcon. sub tit. de Probat.

patet, quæ juridica admitti possit censura in subiecta facti specie, in qua habemus, non possibilem, sed actualem eodem tempore ad prædictam mulierem patuisse accessum aliis etiam nobilibus viris, & quidem longe etiam magis facilem, liberum, & expeditum, signanter vero illi qualificatæ personæ, sub cuius stipendio debebat, & à cuius nubibus de facto pendebat eadem mulier; ita ut in potiori concursu prædictæ alterius personæ qualificatæ idem Dux non nisi clandestini, ignoti, & occulti Amantis partes gerere posset, ac realiter exhiberit. (i)

10. Corruente cateroquin exceptione, quod prædicta alia qualificata persona, cuius nubibus, & arbitrio Martha addita erat, extra urbem moraretur mense Octob. DDCCLIX. quo verisimiliter per ipsam concipi potuit controversus fetus: satis enim ad præsentem effectum est, quod in facto verificata fuerit mora, per illam habita in urbe præcisè sub diebus III. Octob. & IV. Novemb. prædicti anni MDCCIX. cum dari non possit ulla moralis certitudo de conceptione fetus sub illo dumtaxat intermedio tempore, non autem, vel prius, vel postea, in tali scilicet temporis mensura, quæ æquare posset cursum novimestrem, seu novem Lunarum ex naturæ providentia humani fetus complemento, ac perfectioni regulariter præscriptum. (j)

11. Atque hinc nullius momenti comperitæ fuerunt dispositiones testium per Joann. Antonium inductæ ad probandam suæ filiationis recognitionem Duci Palumbariæ impictam: nam præterquam quod prædictorum testium fidei non parum detraxit fallitas, cuius vitio eorum dicta laborant, tam in ea parte, in qua ipsi supposituerunt absolutam absentiam ab Urbe relative ad alteram illam qualificatam personam, cuius arbitrio ac potestati erat principaliter subiecta d. mulier, quam & fortius in alia parte, in qua ipsi deposuerunt circumstantiam cursum pro solemnî in lucem editi fetus Baptismate commodati per quemdam præstantissimum Præulem archæ familiaritatis vinculo cum prædicto Duce conjunctum, quem tamen fuit in facto recognitum pro toto illo tempore distantem fuisse ab Urbe, utpote laudabiliter exercentem munus Prolegati in Civitate Ferrariæ, quæ proinde fallitas detecta in hac parte omnem ipsi admittit fidem, etiam quoad alias editæ per ipsos depositionis par-

tes. Præterea in uberiore exclusionem relevantiæ prædictorum testium accedit etiam, quod ipsi nil aliud in substantia concludere conantur, nisi quasdam recognitiones in filium, quæ relative ad prædictum Joann. Antonium supponebantur emissæ, tam à Duce Palumbariæ, quam etiam ab ipsius consanguineis, quæque signanter eliciebantur, vel ex quo idem Dux concurrere curaverit ad expensas nutritic prædictum Joannem Antonium in infantia custodiendi, vel ex quo successively etiam contrulerit sumptus ad promovendam ejus rectam educationem in Collegio Nazareno, aliaque etiam affectionis indicia erga ipsum exhiberit per varias munerum præstationes.

12. At vero æquivoca proflus, & inepta dijudicata ad præsentem effectum fuerunt omnia hæc, aliaque similia in oppositum allegabilia argumenta, quoties præliminaliter statuatur fundamentalis basis carnalis commercii per d. Ducem habiti cum matre prædicti Joan. Antonii circa tempus ipsius conceptionis, & quidem cum absoluta etiam exclusione cujuscumque possibili accessus ad eandem mulierem ab aliis personis habiti; cuius tamen præliminaris extremi iustificatio, sicut impervia proflus, imo & positive impossibilis redditur in hodiernis circumstantiis, in quibus habemus prædictam mulierem, tam ante, quam post conceptionis tempus fuisse addictam nubibus alterius qualificatæ personæ, aliisque etiam præterea admisisse, & admittere potuisse Amasios præter Ducem Palumbariæ, quem de facto non nisi summa cum cautela, & circumspectione habemus sibi procurasse clandestinos ingressus in prædictæ mulieris domum, ita eo ipso quæcumque successiva affectionis argumenta per ipsum patefacta erga prædictæ mulieris filium, utpote adæquate referibilia, vel ad aliqualem impulsus naturalis charitatis erga fœtum in originem agnoscens ipsammet affectionem ejus matri perhibitam, vel ad animum luendi penes Deum suæ incontinentiæ, ac lubricitatis poenam per hæc pia subsidia præstita filio prædictæ mulieris per ipsum quoque carnaliter aliquando cognita, nullam proflus firmare possunt legitimum statum conclusivum suppositæ filiationis, signanter vero ad gravem hodie controversum effectum obtinendi fixam, & stabilem alimentorum præstationem. (k)

13. Quo vero ad alias suppositas contro-

(i) Ut præmissis expendendo circumstantias apposite notant DD. §. Si adversus, Instr. de Nupt. Spad. cont. 152. n. 1. lib. 1. Palm. Nep. alleg. 248. n. 16. Rot. decif. 100. n. 6. & seq. part. 19. recent. & in Romana Filiationis 2. Mart. 1725. §. Verificando, cor. R. P. D. meo Nunce.

(j) Ut de facto variam in hoc proposito temporis dimensionem admittunt gloss. & DD. in leg. Gallus 29. in princ. ff. de Liber. & post. Zach. Quæst. Med. Leg. lib. 1. tit. 7. per tot. cum aliis per Sperell. decif. 174. n. 19. & 20.

(k) Ut in specie notat Abb. Bartol. & Prapof. & alii in cap.

R. P. D. CINCIO.

ROMANA DOTIS.

Veneris 19. Jan. 1731.

ARGUMENTUM.

Pater tenetur dotare filiam naturalem legitimam, quantumvis nuptam, ad differentiam fratris, qui non teneretur dotare fororem nuptam de bonis propriis. Mater dotando filiam de bonis paternis, illius obligationem adimpleret, & alia.

SUMMARIUM.

- 1 Pater tenetur dotare filiam naturalem legitimam.
- 2 Quamvis nuptam, quia debet illam collocare in matrimonium, insimul & dotare.
- 3 Non sic frater, qui cogi non potest dotare de proprio fororem jam nuptam.
- 4 Mater dotando filiam de bonis paternis illius obligationem adimpleret.
- 5 Ita quidem, ut pater deinde cogi amplius non possit ad novam dotis constitutionem.
- 6 Acquisitio cedit domino pecuniarum, consensu de animo acquirentis, quoquo modo ejus favore patefacto.
- 7 Testes, etsi formiter non repetiti, recipi debent ad effectum admittendum epistolam.
- 8 Domesticus admittendus est, concurrente difficultate probationis.
- 9 Emptio, & acquisitio ex alienis pecuniis acquiritur ementi, non autem pecunia domino.
- 10 Limita, concurrente contraria voluntate ipsiusmet acquirentis.
- 11 Nemo sibi præjudicat tacendo, ubi scit aliunde jus suum esse salvum.
- 12 Dos non admittit exceptionem incongruitatis, ubi per ejus constitutionem dotata advenit virum equalis conditionis.
- 13 Fortius, accedente illius decemali acquiescentia.

DECISIO XXX.

Postquam Marchio Alexander Rondinuis per geminas sententias Rotales, prævis De-

versæ filiationis agnitiones à dicti Ducis consanguineis emissas, ubi etiam istæ dici possent concludenter in facto iustificatæ, nullum tamen obtinere possunt juridicum pondus, utpote editæ in erronea credulitate innixa notitiæ per ipsos habitæ circa consuetudinem à d. Duce retentam cum prædicta muliere jam satis de impudentia, & conjugalîs fœderis violatione diffamata; ex qua proinde ratione nullo haberi possunt in calculo ad probandam controversam filiationem, de qua principaliter modo dubitari contigit, ob fatalem defectum fundamentalium ipsius extremorum, ac per consequens collabescit etiam quodcumque aliud fundamentum, quod circa suppositam hanc filiationem desumi potuerit à quacumque publica voce & fama, quam hac de re invalescere, & in vulgus prodire fortasse contigerit, utpote quam familiarî experimento satis edocetur, plerumque esse fallacem, & commentitiam, nec aliter censeri posse legitimi status firmativam, nisi exploratis ipsius fundamentis, quæ tamen in casu præsentî omnino infirma, & insubsistentia deteguntur ex late superius firmatis.

14. Cæterum qualibet difficultas in hoc proposito eliminari quoque visa fuit, spectatis aliis actibus seriis, & proportionatis quoad prædicti Joan. Antonii personam concurrentibus, & quidem, tam affirmativis, quam negativis, cuius plane generis fuit solemnitas colationis Baptismatis, & ipsius admissio in Collegio Nazareno, in quibus idem Antonius diserte, ut par erat, appellatus semper nescitur cum ejus cognitione de Fossa desumpto scilicet à propriæ matris viro, nunquam vero cum ulla, vel minima relatione ad personam Duci Palumbariæ, cui in præsens ipsius filiatio impingit contenditur, quibus & accedit, quod ab eodem Duce nunquam denominatus extitit sub alio cognomine, quam de Fossa, quam sane methodum idem Dux non servasset, nisi hunc fœtum ex incerto parente provenire autumasset, cum de cætero, tum ob inhonestam matris qualitatem, tum etiam ob laicalem, liberam, & juvenilem ejusdem Ducis conditionem nullum eidem inesse potuisset videretur frantum, quod ipsum cohibuisset à patefacienda veritate controversæ filiationis, uti etiam ipsa subsistere potuisset.

Et ita resolutum fuit, utraque parte factis audita.

cap. Transmissi, qui sint legit. Jass. conf. 102. n. 6. & seq. lio. 4. Spad. conf. 251. n. 14. lib. 2. Paris. conf. 10. n. 17. lib. 2. Gratian. discept. 462. n. 25. Surd. de Alim. tit. 1. quaest. 12. n. 9. Rot. decif. 334. n. 6. cor. Celf. decif. 100.

n. 5. & seq. part. 19. recent. cum aliis in decif. 13. n. 15. cor. Emin. D. meo Card. Falcon. sub tit. de Probat. & in Romana Filiationis 20. Jan. 1727. §. Pro eo autem, cor. me.

Decisionibus editis in Romana *Alimentorum* XXIII. Jun. MDCCXIX. & IV. Decemb. ejusdem anni coram Rev. Crispo, XVI. April. MDCCXXV. & X. Jan. MDCCXXVII. cor. R. P. D. meo Corio, condemnatus fuit ad præstanda alimenta Nicolao, Paulo, & Marcello filiis naturalibus, dum erat uxoratus ex quondam Angela muliere soluta susceptis, & postea ex privilegio DD. de Campegiis legitimitatis in annua summa scut. 400. pro quolibet ultra mobilia pro instructione domus necessaria, prærendens Anna Felix filia pariter naturalis cum dicta Angela procreata, & ex eodem privilegio DD. de Campegiis legitimitate consequi dotem adversus Marchionem Alexandrum patrem, non obstante, quod jam diu reperitur nupti tradita Antonio Ciribello Venetis comoranti cum dote constituta, & soluta per Angelam matrem in quodam capitali fructifero ducatorum 4000. debit. per Universitatem Salfamentariorum Venetiarum nuncupat. de *Luganeghieri*, quod cantabat in faciem dictæ Angelæ, impetrare curavit commissionem manu Sanctissimi signatam, eaque mihi directæ dubitavi in hodierna Audientia: *An dos debeatur, & in qua summa*, proliorque resolutio, *negative in omnibus.*

1. Quamvis enim nulla emergere posset difficultas circa obligationem, quæ inest patri dotandi filiam naturalem, præsertim amplissime legitimam, (a) licet sit aliunde provisa, (b) 2. vel jam fuerit in matrimonium collocata, cum pater teneatur copulative filiam collocare, & illam dotare, ita ut uno adimpleto remaneat alterum adimplendum, (c) 3. ad differentiam fratris, qui cogi non potest dotare de proprio forem jam nuptam. (d)

4. Ratio tamen negativæ resolutionis ste-

tit in eo, quod capitale ducatorum 4000. debitum ab Universitate Salfamentariorum Venetiarum, in quo fuit soluta dos, minime spectabat ad Angelam dotantem, sed ad Marchionem Alexandrum Rondininum, uti acquisitum cum pecuniis propriis ad effectum investendi dictæ Angelæ transmissis, unde, si mater, assignando filiæ in dorem bona paterna, censetur præbuisse nudum ministerium, ad suppleendum patris officium, illiusque obligationem adimplendam, (e) 5. adimpleta proinde hujusmodi obligatione cum dote in dicto capitali ducatorum 4000. de facto constituta, & per virum Annæ Felicis exacta, frustra intentatur actio contra Marchionem Alexandrum patrem pro dote, ad cujus iteratam constitutionem, & solutionem adstringi non potest. (f)

6. Quod autem dictum capitale ducatorum 4000. spectaret ad Marchionem Alexandrum, & acquisitum fuisset cum pecuniis per ipsum transmissis, nedum resultat ex pluribus epistolis dictæ Angelæ, quarum tenor manifeste ostendit, ipsam recepisse dictam summam ex mutua, & præambula intelligentia Venetis investendam ad commodum dicti Marchionis in creditum tamen Angelæ, quæ præcise in altera ex epistolis notificavit eidem Marchioni investimentum conclusum cum præfata Universitate Salfamentariorum, & in alia post factum investimentum participavit modum faciendæ quietantiæ de fructibus, expromittens illorum exactationem se nuntiaturam, adeo ut ex his omnibus in dubium revocari non possit voluntas acquirendi Marchioni, ad quem spectabant pecuniæ, cum ad hunc effectum satis sit animus acquirentis quoquo modo patefactus. (g)

7. Verum etiam ex depositionibus quatuor testium, quorum alii pecunias de ordi-

(a) Ex firmatis per Riminald. Jun. conf. 215. num. 49. Card. de Luc. de Dote, disc. 144. n. 27. §. *Ubi vero*, Bos. eod. Traçt. cap. 4. §. 15. n. 211. & cap. 16. §. 6. n. 191. Rot. dec. 195. n. 6. Part. 2. recent. & dec. 95. n. 8. cor. Duran.

(b) Leg. fin. Cod. de *Dot. promiss.* Rocc. Disput. Jur. sect. lect. cap. 109. n. 20. Card. de Luc. de *Dot. disc.* 1. n. 22. Rot. dec. 427. n. 22. part. 14. recent. dec. 1780. n. 6. cor. Coccin. in *Veliterna Dotis*, ff. *hereditatis* 6. Maii 1716. §. *Ex defuncto*, cor. bon. mem. Anald. & in *Terracinen. Pecuniaria* 6. Maii 1718. §. *Asi quatenus*, cor. R. P. D. meo Cor.

(c) Ad text. in leg. *Qui liberus*, ff. de *Rit. nupt.* Sard. cons. 255. num. 16. Menoch. conf. 30. n. 40. & conf. 270. n. 3. & 17. Giurb. ad *Constit. Mellan.* cap. 2. gloss. 3. n. 3. ampl. 3. Cancr. Var. *Resolut.* cap. 11. n. 33. Sanch. de *Matrimon.* lib. 4. disput. 26. num. 4. Fontanell. de *Pact. Nupt.* claus. 5. gloss. 1. part. 1. num. 78. Adden. ad dec. 460. n. 62. part. 4. tom. 2. recent.

(d) Bartol. in leg. *Obliqamur*, §. *Legem*, ff. de *Alien.* &

*obligat.* Coccin. Sen. conf. 17. n. 10. lib. 1. Riminald. Jun. conf. 514. n. 1. Gabriel. conf. 153. in fin. lib. 1. Menoch. de *Arbitrar.* conf. 149. n. 23. *Cost. Subsidiar. remed.* 66. n. 7. *Franch. dec.* 73. n. 20.

(e) Bald. in leg. *Neque mater*, n. 3. *God. de Jur. dot.* & in leg. 1. *Cod. de Legitim. hered. Gabr.* conf. 5. n. 43. lib. 1. Menoch. de *Præsumpt.* lib. 3. *præsumpt.* 15. n. 15. *Natt. de Statut. excluf. fem. quæst. 2. n. 70.* Gratian. *Discept. For.* cap. 689. n. 21. & cap. 192. n. 3. Paulut. *differt.* 61. n. 28. Rot. in *Mantif. ad Card. de Luc. de Luc. de Testam.* dec. 6. n. 25. & dec. 242. n. 8. cor. Rever. Crispo.

(f) Leg. *Bona fidei*, ff. de *Regul. jur.* Cephal. conf. 189. n. 24. Rot. dec. 580. n. 4. cor. Gregor. dec. 37. n. 7. cor. Ninott. dec. 57. n. 9. part. 19. recent. & dec. 207. n. 1. cor. Rever. Crispo.

(g) Gabr. conf. 51. n. 10. & 15. lib. 2. Gratian. *Discept. Foren.* cap. 878. n. 17. Rot. dec. 198. num. 12. part. 14. recent. dec. 321. n. 2. cor. Merlin. dec. 211. n. 31. cor. Peuting. & dec. 427. num. 3. cor. Euer. Jun.

ne Marchionis Alexandri transfugerunt, vel asportaverunt ad Angelam, alii totam facti feriam, & reciprocam intelligentiam de investimento faciendo pro Marchione in creditum ejusdem Angelæ testantur de auditu à Marchione, ejulque filiis naturalibus, & à familiaribus præfata Angelæ: qui sane testes, cum non fuerint exhibiti pro fundamento principali, sed solum ad finem adminiculandi epistolas, recipi debent in judicio, etiam si non sint formiter repetiti. (h)

8. Non obstante exceptione, quod hujusmodi testibus familiaribus, & additis servitio Marchionis non veniat præstanda integra fides, quin ultra quod alter ex eis decessit sub dicta dispositione, alter qui est caractere Sacerdotali insignitus à servitio Marchionis recessit, & tertius nunquam fuit ejus familiaris, nec servitio addictus, omnis cessat difficultas, ex quo agitur de re, quæ non publice & palam, sed secreto fiebat, in quibus terminis testes etiam domestico, & familiares ob difficultatem probationis admittendi. (i)

9. Et hinc nulla vis constitui valet in eo, quod instrumentum investimenti dictorum ducatorum 4000. stipulatum fuerit nomine Angelæ, quia regula, quod emptio, vel acquisitio facta ex alienis pecuniis acquiratur ementi, non autem pecuniæ domino, (j) suam patitur limitationem, 10. quando, prout hic constat, acquirentem in rei veritate non sibi, sed illi, ad quem pecuniæ spectant, acquirere voluisse, nam tunc non curato simulato nomine personæ in instrumento appositæ, attenditur substantia actus, & illi, pro quo fuit factum investimentum, dominium acquiritur. (k)

11. Minime relevante, quod epistola dictæ Angelæ per testes habentes notam manum recognita appareat directæ cuidam Antonio Laudivio, non autem Marchioni Alexandro,

& ulterius, quod exceptio simulationis nominis Angelæ in acquirendo præfatum capitale ducatorum 4000. nunc primum per Marchionem opponatur, absque eo quod illam nunquam in judicio deducere curavit, quoniam sicut nullus est roboris prima objectio, dum nomen dicti Antonii Laudivii fuisse fictitium, & consulto adhibitur, ne epistola intercepterentur, probatur remanet, tam ex depositionibus duorum ex dictis testibus id ex certa scientia asserentium, quam ex tenore ipsarum epistolarum apertissime indicantium, non nisi eidem Marchioni fuisse directas, ita inefficax detegitur altera oppositio fundata in eo, quod Marchio Alexander neglexerit hæcenus proponere jura sua circa pertinentiam investimenti, eo ipso quod fuit diligens in asserendis epistolis respicientibus transmissionem, & respective receptionem pecuniarum, illarumque investimentum simulato nomine Angelæ, ex quibus sciebat jus suum semper esse salvum. (l)

12. Nec tandem pronis auribus audiri promeruit excitata præsentio circa incongruitatem dotis in summa ducatorum 4000. Annæ Felicis constituta, pro cõjus proinde supplemento in omnem casum infidebatur: liquidem dictam dotem redargui non posse de incongruitate, satis superque suadebat qualitas viri jam ab Anna Felice inventi, quæ in constituenda dote attendi debet, (m) 13. junctæ etiam taciturnitate ejusdem Annæ Felicis per decennium, & ultra à die contracti matrimonii, quæ tanto tempore acquiescendo, dicendum venit, quod se congrue dotatam, & provisa agnovit. (n)

Et ita utraque, &c.



R.

(h) Gob. consult. 147. n. 25. Rot. cor. Seraphin. dec. 1176. n. 1. cor. Orthobon. dec. 209. n. 5. coram Emerix Sen. dec. 891. n. 6. & in Cathacen. ff. *Suellana Spolii* 22. *Februar.* 1715. §. *fin. cor. bon. mem. Cerr.*

(i) Firmant Alex. conf. 4. n. 17. *Dec. conf.* 577. col. penult. *Pacion. de Probat. lib. 2. n. 54.* Rot. dec. 143. n. 3. cor. Buratt. dec. 543. n. 37. cor. Caprar. & in *Polonianen. Separationis Theori* 14. Maii 1728. §. *Quoniam*, cor. me.

(j) De qua text. in leg. *Si ex eo*, pecuniæ, *Cod. de Rei vindicac.* Paris. conf. 87. n. 8. lib. 1. Rot. cor. Priol. dec. 188. n. 8. in recent. dec. 54. n. 2. part. 17. in *Romana Immissio* 5. April. 1715. §. *Tanto magis*, cor. clar. mem. Cardin. Scott. & in *Romana Tenute Montis Olevani* 23. Jun. 1721. §. *Ratio*, cor. R. P. D. meo Corio.

(k) Ut constentane ad text. in leg. *Si quis gestum* 4. *Cod. Plus valere quod agit quam quod simulat. concipitur*, firmant

Gratian. *Discept. Foren.* cap. 878. n. 1. Rot. dec. 665. n. 8. cor. Bich. dec. 472. n. 1. cor. Emerix Jun. in *Romana Locorum montium* 26. *Novemb.* 1714. §. *Cum enim*, cor. bon. mem. Cerr. & in *Romana Hereditatis super immisiane* 5. Jun. 1729. §. *Posterior*, cor. eod.

(l) Leg. *Sicut*, §. *Non videtur*, ff. *Quib. mod. pign. & hypothec. solvat.* & notant *Conciol. alleg.* 8. n. 15. *Andreol. controuv.* 135. n. 2. *Palm. Nep. consult.* 45. n. 35. & leg. Paulut. *differt.* 80. n. 6. Rot. dec. 5. n. 11. tit. 4. de *Cent. cor. Emin. D. Card. Falcon.* tom. 1.

(m) Leg. *Quero* 61. & leg. cum post 70. §. *In domum*, ff. de *Jur. dot. Mantic. de Tacit.* lib. 2. tit. 14. n. 4. *Ber. cons.* 39. n. 3. lib. 1. Rot. cor. Buratt. dec. 274. n. 10. & cor. Orthobon. dec. 167. n. 15.

(n) Rot. dec. 41. n. 9. part. 11. recent. dec. 298. cor. Peuting. & dec. 65. n. 4. cor. Rever. Crispo.

R.P.D. HARRACH.

BONONIENSIS DOTIS.

Veneris 3. Jul. 1733.

ARGUMENTUM.

Filia, quantumvis nupta, habet jus obtinendi dotem ex patrimonio paterno, & quando ex dispositione Statuti dos succedit loco legitime, dictum jus mortua filia ad ejus heredes pertransit. Doris constitutio non praesumitur, sed tanquam quid facti est ab allegante probanda. Exclufa doris constitutione, currunt etiam praesumptiones solutionis.

SUMMARIUM.

- 1 **F**ilia, quantumvis nupta, retinet jus petendi dotem ex asse paterno.
- 2 **D**os vigore Statuti Bononia succedit loco legitima.
- 3 **I**deo juxta illud, mortua filia post nuptias, jus dotem petendi ad ejus heredem transmittitur.
- 4 **H**oc explicite praescribit dictum statutum in Rub. de Success. ab intestat. ascendent. & collateral.
- 5 **C**onstitutio dotis, tanquam quid facti, probanda est.
- 6 **D**os non semper est eadem, sed variis modis constituitur.
- 7 **P**ater tenetur dotare filiam, etiam divitem, & aliunde de congrua dote provisam.
- 8 **E**nuntiativa constitutionis dotis intelliguntur de ea vere praesistente, non vero de alia, de qua nullo modo constat.
- 9 **C**onstitutio dotis deficiente, corrumpunt praesumptiones solutionis.
- 10 **P**raesumptio praesumptionis admitti non debet.
- 11 **V**ir dici non potest negligens in petenda dote, si paucis vixit annis.
- 12 **D**urante matrimonio, censetur ejus onera sustinuisse ex pecuniis vere, & effectivè receptis in dotem ab extraneo.
- 13 **N**on vero praesumitur voluisse molestias inferre patri uxoris sibi affinitate conjuncto.
- 14 **O**missa petitio dotis adversus fratres

(a) Ut per text. in leg. *Qui liberus*, ff. de Rit. nupt. tradit Bartol. in leg. *Si marito*, §. *Si voluntate*, n. 9. ff. *Solut. matrim.* Cancr. Var. Resolut. cap. 11. n. 33. Card. de Luc. de Dot. dicit. 147. n. 38. Thelaur. decil. 211. n. 8. Rot.

non inducit illius remissionem.

15 **D**os dicitur congrua, si reguletur ad quantitatem patrimonii dotare debentis, & ad consuetudinem ac dignitatem familiae.

16 **M**ajor dos debetur filia nupta viro nobiliori, & in Civitate insigni.

DECISIO XXXI.

**C**um Maria Medea de Malvetiis nupta de anno MDCLXXII. Comiti Joanni Francisci del Benino in Civitate Florentiae usque ad ejus obitum sequutum anno MDCCXXIV. nullam unquam obtinuerit debitam dotis constitutionem, nec à Marchione Lucio Patre dum vixit, neque à Marchione Josepho ejus fratre, hinc Comes Joseph del Benino filius ex dicto matrimonio procreatus è re sua putavit judicium instruere adversus d. Marchionem Josephum de Malvetiis praefati Lucii filium, & heredem pro consecutione congruae dotis ex persona d. ejus matris, & coram Auditore Generali Legationis Bononiae obtinuit, illam taxari in summa scut. 3200. aequante valorem lib. 16. m. monetæ Bononiae, mandatumque fuit relaxatum, tam pro forte, quam pro fructibus contra bona hereditaria ejusdem Lucii.

Devoluta autem causa ad A. C. hic, praevia peritorum relatione super statu bonorum domus Malvetiae, per sententiam confirmavit mandatum Judicis de partibus, ac dotem auxit usque ad summam sc. 5200. novumque mandatum pro forte, & fructibus relaxavit. Postmodum vero, commissa mihi causa ex scripto Signaturæ Justitiæ cum clausula: *Quoad novum mandatum de appellatione, in reliquis confitto, quod sit locus statuto de duabus*, proposui hodie ad instantiam Com. Josephi dubium eidem commissioni conforme, & in omnibus ad tramites sententiæ A. C. prodiit resolutio, pro ipso Comite Josepho informante.

1. **C**reditum enim dotis in dd. mandatis, ac sententia comprehensum visum est Dominis subsistens, tam circa illius substantiam in genere, quam respectu quantitatis ab A. C. taxate: & sane quoad substantiam crediti dotalis dubitari non poterat de obligatione, quæ patri inhæret dotandi filiam, sive ea adhuc non fuerit nupta, sive jam fuerit in matrimonio collocata, utroque enim casu mulier potest agere ad obtinendam ex patrimonio paterno congruam dotem. (a)

2. **I**dem etiam procedere compertum fuit

in recent. decil. 417. n. 18. part. 14. & cor. Merlin. decil. 249. n. 1. & cor. Molines. decil. 1163. n. 2. & cor. Emin. Falcon. tit. de Dot. decil. 22. n. 3.

in praesenti casu, quo dos petitur à Com. Josepho, sequuto jam obitu Comitissæ Mariæ Medæ, cum enim vigore Statuti Bononiensis dos debita filiabus propter masculos exclusis succedat loco legitime, (b) 3. inde sequebatur eandem dotem, veluti in locum legitime subrogatam, ejus naturam induere, & jus illam petendi transmitti ad filium, ac quoscunque mulieris heredes. (c)

4. **E**t certius, quia idem Statutum Bononiense sub Rub. de Success. ab intestat. ascend. & collateral. §. *Et si antequam*, expresse tribuit heredibus mulieris jus petendi dotem eo modo, quo poterat petere ipsa mulier vivens, sive ea innupta, sive nupta decesserit, ibi: *Et si antequam dotentur, ut supra, moriantur nuptæ, vel non nuptæ, transmittatur illud jus petendi dotari ad heredes earum, qui heredes possunt petere modo & forma contentis in praecedenti statuto omne id, & totum quod petere poterat ipsa persona defuncta, quæ poterat, ut supra, petere dotari*: stante igitur hac literali Statuti dispositione, ambigui nullo modo poterat de subsistentia intentatæ actionis per Com. Josephum, qui jure merito consequi debebat dotem Comitissæ Mariæ Medæ ejus matri defunctæ debitam ex patrimonio paterno. (d)

5. **Q**uin valeat in contrarium allegari praesumptio dotis constitutio, ex quo fuerit contractum matrimonium, quod sine dote contrahi non solet: quoniam dotis constitutio, cum sit quid facti, non praesumitur, sed est ab allegante probanda (e) ex solo autem contractu matrimonii non valet induci praesumptio constitutionis Dotis, sive quia matrimonium potest consistere absque dote, (f) 6. sive etiam quia dos non est semper eadem, sed variis modis constituitur. (g)

7. **P**raecipue, quia docebat actor, praefatam Comitissam Medeam à clar. mem. Victo-

ria magna Ducissa Hetruria, penes quam illa debebat in qualitate Adleclæ primi gradus vulgo *Dama*, obtinuisse dotem sc. 2200. præter munera tradi consuetu similibus nobilibus puellis: unde evincebatur, matrimonium prædictum neque caruisse dote, per quam tamen sublata non fuit obligatio patris, cum iste teneatur dotare filiam, etiam divitem, & aliunde de congrua dote provisam. (b)

8. **A**tque hinc constitutionem dotis ex patrimonio paterno inducere non valebant enuntiativa emissæ, vel in testamento Com. Joannis Francisci del Benino, qui mandavit, restitui dotem dictæ Medæ ejus uxori, vel in transactione inita anno MDCXCVI. inter istam, & d. Com. Josephum ejus filium, in qua pariter fuit habita ratio de dote ejusdem Medæ: quoniam illa satis congruam habere queunt relationem ad dotem, quam ipsa Medea obtinuit à præfata magna Ducissa, abique eo quod, nec a longe concludere valeant, dotem fuisse à patre constitutam, maxime, quia id clarissime indicabant verba transactionis, ubi expressum fuit, creditum dictæ Medæ ex causa dotis una cum illius appendiciis in totum ascendere ad scut. 3000. Ex his autem patebat dictas enuntiativas respicere dotem à magna Ducissa solutam, quæ junctis consuetis muneribus, ad dictam summam exsc. 3000. ascendebat: indeque exclusâ potius manebat constitutio alterius dotis ex patrimonio paterno, cujus nullum apparebat vestigium. (i)

9. **M**inufque vis ulla fieri poterat in diuturna acquiescentia viri, qui sustinuit onera matrimonii, & mulieris, aliisque similibus conjecturis, quæ ad praesumendam dotis solutionem in contrarium possent allegari: cum enim ex supradictis deficiat dotis constitutio, corruerant etiam praesumptiones illius solutionis, tanquam accidentia sine subjecto (j) 10. alias enim

(b) Ut tradunt Grat. conf. 160. n. 36. lib. 2. Caprar. conf. 76. in princip. Giovannon. conf. 42. n. 76. Rot. cor. Duno. Jun. decil. 910. n. 10. & seq. & in recent. decil. 279. n. 10. part. 13. & in decil. 171. n. 1. part. 15. & in Bonon. Dotis, & Pecuniaria 15. Maii 1682. §. *Hic*, cor. bon. mem. Ursin. & in alia Bonon. Dotis 28. Jun. 1700. §. *Idque*, cor. bon. mem. Muto.

(c) Bos. de Dot. disput. 7. n. 45. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 1. quest. 8. n. 48. Gratian. discept. 447. n. 23. Card. de Luc. de Dot. dicit. 13. n. 2. & 3. Constant. ad Statut. Urb. annot. 35. n. 75. & 91. Rota. cor. Bich. decil. 320. n. 6. & cor. Molines. decil. 264. sub n. 9. & decil. 1190. n. 27. ubi late, & in Ariminen. Successionis 16. Januar. 1708. §. *Itaque*, cor. Reyer. D. meo Decano.

(d) Ex traditis in specie per Giovannon. dicto conf. 42. n. 76. lib. 1. Gargior. conf. 89. n. 14. lib. 2. Rot. Bononiens. penes Poth. decil. 6. num. 42. & 63. & decil. 23. num. 41.

(e) Bald. in leg. *Mulier bona*, ff. de Jur. dot. & conf. 107.

sub n. 1. lib. 4. Corn. conf. 282. n. 6. vers. *Tamen*, lib. 1. late Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 12. tit. 13. n. 8. & seqq. Card. de Luc. de Dot. dicit. 150. n. 26. Rot. dec. 32. n. 1. & decil. 407. n. 4. cor. Caprar.

(f) Per text. in leg. fin. Cod. de Donat. ante nupt. (g) Ut arguit Mantic. de Tacit. & Ambig. dicit. lib. 12. tit. 13. n. 9. Menoch. praesumpt. 7. n. 4. & 5.

(h) Per text. in leg. fin. Cod. de Dot. promiss. Fachin. Contr. Jur. lib. 3. tit. 1. quest. 22. Boss. de Matrim. cap. 11. n. 193. Rot. decil. 417. n. 22. part. 14. & decil. 39. n. 10. part. 18. & decil. 486. num. 4. part. 19. recent.

(i) Ad tradita per Dec. conf. 52. n. 9. vers. *Hic tamen*, Phanuc. de Lucr. dotis, gloss. 10. n. 47. Menoch. praef. 6. n. 62. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 12. tit. 13. n. 7. Card. de Luc. de Dot. dicit. 150. n. 28.

(j) Ut ad rem ponderant Card. de Luc. de Cred. dicit. 129. n. 19. & dicit. 130. n. 11. Constant. ad Statut. Urb. annot. 48. art. n. 95. Magon. Decil. Lucen. decil. 76.

enim in his circumstantiis contra juris nostri regulas admitteretur in eodem subjecto præsumptio duorum specialium, præsumendo, nempe, dotem fuisse constitutam, ac itidem fuisse expletam illius solutionem, proindeque contrarie conjecturæ reputari debebant inefficaces, & nullius ponderis. (K)

11. At magis congrua responsione submovebatur etiam objectum desumptum ex diuturna acquiescentia viri, ac mulieris in petenda dote: quod enim attinet ad virum, iste paucis vixit annis post contractum matrimonium, quare morte præventus evasit incapax expediendi jura sua: (L) 12. durante autem matrimonio, potius censendum erat virum ejus onera sustinuisse ex pecuniis receptis in dote ex largitione magnæ Ducissæ Hetrurizæ, ut in simili, (M) 13. quam voluisse molestias inferre patri uxoris sibi affinitate conjuncto. (N)

14. Quo vero ad Comitissam Medeam, hæc, defuncto viro, statim rediit Bononiam ad paternos Lares penes ejus fratres & sorores, ubi diu vitam traxit adversa valetudine detenta, quod sane justam ei præbere poterat causam, ne judicialiter urgeret ad constitutionem, & extollionem dotis fratres, quos sibi amore ac studio occasione suæ infirmitatis devinctos experta fuerat, nunquam autem omnia petiitio crediti trahi valebat ad præcedentem illius exactiorem, seu ad remissionem juris dictæ mulieri competentis, quod ipsa salvum esse, ac durare sciebat. (O)

15. Firmato ex his credito dotis in genere, Domini censuerunt, etiam approbandam esse illius quantitatem taxatam ab A.C. in sc. 5200. illa siquidem congrua videbatur, spectatis, tum quantitate patrimonii, à quo detrahi debebat

dos, tum etiam consuetudine ac dignitate Familiarum, super quibus circumstantiis versari debet Judicis arbitrium in taxanda congrua dote. (P) Et sane constitit ex judiciali relatione peritorum, quod patrimonium paternum, signanter inspecto tempore contracti matrimonii, sufficiens erat ad constituendam dorem in dicta quantitate, maxime, si habeatur ratio ad bona subjecta fideicommissis ascendentium Domus Malvetiæ: utraque autem familia dd. conjugum dignitate ac nobilitate fulgebat in illustribus Civitatibus Florentina, ac Bononiensis; consuetudo vero Domus Malvetiæ in dandis dotibus, etiam in majori summa, non solum desumi poterat ex testamento Joan. Malvetii condito usque ab ann. MDXCI. in quo ille mandavit, singulas filias feminas dotari in sc. 8000. sed etiam clarius testabatur ex constitutione dotis facta ann. MDXXII. per præfatum Lutium de Malvetiis in sc. 8000. favore Dorotheæ ejus sororis nuptæ Senatori Angelo Mariæ Angelelli. Uterius similes, imo majores dotes pluries recepit eadem familia Malvetia juxta casus enumeratos per scribentes pro actore, & quamvis aliquando dotes forsitan in minori summa constitutæ fuerint aliis feminis de eadem familia; tamen nil relevare videbatur in casu præsentis, nam id contigit, ubi mulieres nuptæ fuerunt viris, vel non adeo conspicuæ nobilitatis, vel in Civitatibus minoris dignitatis.

16. In hypothesi autem recedi non poterat à dicta potius moderata quantitate dotis comprehensa in mandato A. C. quia præfata Comitissa Maria Medea virum duxit pranobilis familie in Civitate insigni, ubi major pompa, & majores impensæ requiruntur, quam in Civitatibus inferioribus. (Q)

Et

n. 4. Rot. cor. Duno. Jun. decif. 548. n. 11. & decif. 557. n. 6. & cor. Celf. decif. 304. n. 5. & cor. Bich. decif. 50. n. 12. & in fortioribus terminis Angel. de Confel. lib. 3. quæst. 10. n. 33. & 82. Rot. cor. Merlin. decif. 419. n. 3. & in recent. decif. 147. n. 27. part. 11.

(K) Ut advertunt Ruin. conf. 66. n. 19. lib. 3. Menoch. de Præsumpt. lib. 4. quæst. 43. n. 6. Rot. cor. Mant. decif. 101. n. 3. cor. Duran. decif. 307. n. 10. & cor. Caprar. decif. 32. n. 8. & decif. 344. n. 20. & decif. 386. n. 14. in recent. decif. 513. n. 9. part. 14. & decif. 106. n. 58. part. 19.

(L) Ut notat Gabr. Com. conclus. tit. de Reg. jur. conclus. 1. n. 54. Amat. resolut. 36. n. 26. Part. 1. Carol. Ant. de Luc. ad Franch. decif. 313. sub n. 3. Rot. coram Emin. Falcon. tit. de Usur. decif. 35. n. 1. & tit. de Censib. decif. 10. n. 15.

(M) Andreol. controv. 135. n. 10. in fin. Rot. post Sald. in Labyr. Credit. decif. 23. n. 9. & cor. Caprar. decif. 24. n. 15.

(N) Juxta text. in leg. Si extraneus, ff. de Jur. dotium, Faber. in Cod. lib. 5. tit. 10. de Dot. Caut. defin. 8. Fontanell. de Pact. nupt. claus. 6. gloss. 1. Part. 2. n. 70. Card.

de Luc. de Dot. disc. 70. n. 6. vers. Sed etiam, Rot. post eundem lib. 6. de Dot. decif. 14. n. 19. & in Romana Residui dotis 23. Mart. 1732. §. Nervium, cor. R. P. D. meo Calcagnino.

(O) Surd. conf. 45. n. 46. Ruin. conf. 161. n. 38. vol. 1. Menoch. conf. 711. n. 7. & seq. Andreol. controv. 136. sub n. 2. vers. Verum, Rot. in Romana Dotis 19. April. 1728. §. fin. cor. R. P. D. meo Corio.

(P) Ut per text. in leg. Quæro, ff. de Jur. dot. monent Cancr. Var. Resol. Part. 1. cap. 16. n. 58. Card. de Luc. de Dot. disc. 144. n. 9. & seq. R. P. D. meo Calcagn. in Observ. Præfco-Leg. Part. 7. observ. 5. n. 44. & seq. atque aliis relatis Rot. in Firmiana Dotis 2. Mart. 1725. §. Si enim congruas, cor. Rever. Cordub. & in Romana Dotis 9. Decemb. 1729. §. Pari, cor. R. P. D. meo Nunez.

(Q) Ut optime distinguendo ad rem ponderant Dec. conf. 26. n. 4. Ruin. conf. 56. n. 16. lib. 3. Card. de Luc. de Dot. disc. 2. sub n. 10. Rot. cor. Ludovif. decif. 63. n. 23. & cor. Zaratt. decif. 33. n. 21. & seq. & in Romana Dotis 2. & legitima 22. Mart. 1706. §. Domus, cor. clar. mem. Card. Priol.

Et ita actore tantum informante, reo vero frustra dilationem petente, resolutum fuit.

R. P. D. CRESCENTIO.

VICEN. PERSONATUS.

Veneris 25. Jun. 1734.

ARGUMENTUM.

Suppressio personatus expleta à procuratore, non servata forma mandati, irritatur, & præsentia mandantis ratificatio excluditur.

SUMMARIUM.

1 Nulla est suppressio personatus facta à procuratore, non servata forma mandati.

2 Ratihabitio non resultat ex actibus ad aliam causam referribilibus.

3 Ratificatio actus nulli non admittitur, nisi confitit de scientia nullitatis.

DECISIO XXXII.

Dixerunt Domini, confirmandam esse Rotalem sententiam, qua R. P. D. meus Millinus, prævis tribus decisionibus editis XXVIII. Mart. MDCCXXXIX. XI. Maii & VII. Decemb. superioris anni, nullam atque irritam declaravit suppressionem personatus erecti ordinaria autoritate in Ecclesia S. Theresiæ Civitatis Vicen. ex pia dispositione Bernardi Campas.

Etii enim questio non esset de facultate explendi hujusmodi suppressionem, & dotem personatus convertendi in alias pias causas coherenter, non minus ad legem ipsius fundationis, quam ad Synodales Constitutionis Provincie Tarracon. atque insuper constaret de voluntate Sacerdotis Felleis Pasquali hodierni possessoris utendi hac facultate; non aliter tamen mandatum ad eo datum fuisse apparebat ab hac alma Urbe, ubi morabatur, ad Civitatem Vicen. in personis Macarii Torrents, & Francis Salles, quam sub certis conditionibus & pactis, de quibus loquebatur mandatum, pluresque litteræ contemporanee transmissæ, & signanter quod, facta extinctione personatus, ejusque commutatione in causam piam favore filiorum, ac descendentium à Francisco fratre, hic bonorum administrationem susci-

peret, ac subministrare teneretur Felici duplas quatuor in singulos menses, necnon expensas necessarias pro expeditione Bullarum, quatenus de aliquo beneficio à Dataria Apostolica provideri contingeret, accepto tamen ferendas in computo dictæ mensuræ præstationis, quod, cessante fratre à solutione prædicta per sex menses, resoluta censeretur personatus extinctio, quodque demum pro omnium prædictorum observantia Francis sc. bona, & heredes obligare deberet: quæ omnia & singula pacta deduci voluit in explicitam stipulationem, superaddita quoque, ac sæpius repetita clausula, & non alias, nec aliter.

Cum igitur, non servata forma mandati, Procuratores ann. MDCCXXII. ad actum extinctionis devenerint absque ullo ex prædictis pactis, nil magis rationi congruum erat, quam ut nulla & nullius roboris haberetur hujusmodi suppressio, ac daretur Felici regressus ad personatum, perinde ac si illius extinctio minime facta fuisset. (A)

1. Et quamvis in præcedenti instantia scribentes pro Francisco præcipuum defensionis momentum constituerent in asserta ratificatione Felicis, nulla tamen legitima probatione asumptum fidei compertum est: quod enim ann. MDCCXXIX. Felix adhuc Romæ commorans perierit per epistolam à Francisco fratre redditionem rationis de fructibus personatus, nullo modo subsistebat in facto, aliud quippe in dicta epistola petium non legebatur, quam computum pecuniarum ad Urbem transmissarum pro conventis mensuris præstationibus, ibi: *Per camminare con tutta chiarezza, mi potrà mandare un ristretto di tutti le mesate, che hò riscosso in Roma per vedere unitamente il conto.*

2. Post reditum vero Felicis ad patriam, quia Francis cessavit à mensura præstatione duplarum quatuor, coactus quidem fuit fratrem in iudicium vocare coram Ordinario Vicen. super nullitate controversæ extinctionis, sed quia pendebat interea recurfus ad Curiam Laicalem Barchinonæ, ubi Francis, ad evitandum subministrationem alimentorum, & administrationem dimisit pii operis, quam Senatus per Felicem assumentem decrevit, non aliter tamen eam ipse acceptavit, quam coacte, ut nempe suæ alimonie consulere, & cum solemnibus ac iterata profectione, & reservatione omnium jurium, atque actionum sibi competentium: facile autem dignoscatur, hujusmodi

M 2

ac-

(A) Ut per text. in leg. 2. & seq. ff. Ad leg. commissor. alique relatis bene firmanet omnes decisiones præcedentis instantiæ, & signanter secunda diei 11. Maii 1733. §. In-

regis, & seq. & tertia diei 1. Decemb. ejusdem ann. §. Negari, cor. R. P. D. meo Millino.

actus nequaquam posse referri ad animum ap-  
probandi suppressionem personatus eo modo,  
quo fuerat expleta, multoque minus induce-  
re posse ratihibitionem actus gestu, non solum  
præter, sed etiam contra formam mandati, &  
legem in eo præscriptam, cum requirantur ad  
hunc effectum actus univoci, neque referribiles  
ad aliam causam. (b)

Cæterum supervacaneum erat diutius im-  
morari circa examen quorumcumque actuum,  
qui ad ratificationem inducendam afferri pos-  
sent, ubi, prout in casu, deficiebat in Felice  
scientia expleta suppressionis contra formam  
mandati: tantum enim abest, ut certioratus  
ipse fuerit de actu, prout in partibus fuerat  
celebratus, ut imo Franciscus scribere ad il-  
lum non dubitaverit, quod excepto particula-  
ri duplicarum quatuor cum dimidia, in reliquis  
gesta res fuerat, ac adimpleta eo modo, quo  
tibi placuit, & circa meam obligationem fuit  
pariter exequutum.

3. Nec ptius Felix sese deceptum agnovit,  
quam post redditum ad patriam, ubi Franciscus  
cum fratre solvere renuentem mensuram

præstationem judicialiter convenire opus ha-  
buit: deficiente autem certa ac individuali  
scientia non servata legis in mandato præ-  
scriptæ, non erat profecto cur induci posset in  
Felice ratificatio, quæ sine præcedenti scientia  
non datur. (c)

3. Mirum proinde non erat, quod Felix  
longe distans à loco contractus, fidemque se-  
quutus Francisci fratris, à quo notitiam ha-  
buerat rei gestæ, prout ipse mandaverat, spa-  
tio decennii non reclamavit, & duplas qua-  
tuor in singulos menses, donec Romæ fuit, pa-  
cifice exegit: omnes enim prædicti actus ali-  
que similes, uti procedentes à falso, ac erro-  
neo supposito, non sine fraude de patribus, Fe-  
lici insinuato, nullatenus apti erant inducere,  
atque probare in eodem Felice animum ratifi-  
candi contractum adeo sibi præjudicalem, &  
citra consensum, utpote contra formam man-  
dati à Procuratore celebratum, ut bene firmant  
omnes decisiones præcedentes instantiæ, ad  
quas, habita in reliquis relatione ita resolu-  
tum fuit cum suffragio omnium Dominorum,  
& Felice tantum informante.

(b) Juxta firmata per Rot. cor. Gregor. decif. 34. n. 17.  
cor. Bich. decif. 500. n. 41. & seq. cor. Danozet. Jun. de-  
cif. 879. n. 11. cor. Cerr. decif. 81. n. 17. cor. Molin.  
decif. 241. n. 8. & cor. Herrer. decif. 192. n. 9. & 10.

(c) Rot. cor. Uwald. decif. 160. n. 12. cor. Orthobon.  
decif. 11. n. 20. & 23. cor. Card. Caprar. decif. 171. n. 23.  
cor. Crisp. decif. 489. num. 6. & cor. Herrer. decif. 199.  
num. 29.



## INDEX

RERUM, ET MATERIARUM, QUÆ IN PRÆCEDENTIBUS  
Decisionibus ad Praxim Ecclesiasticam, & Sæcularem D. SUAREZ  
DE PAZ continentur.

## A

## ACQUIESCENTIA.

**A**cquiescentia decennalis unita malo juri inducit de-  
sertionem, dec. 1. num. 4.

## ACQUISITIO.

**A**cquisitio cedit domino pecuniarum, confitio de animo  
acquirentis, quoquo modo ejus favore patefacto, dec.  
30. num. 6.

Emptio & acquisitio ex alienis pecuniis acquiritur ementi,  
non autem pecunia domino, *ibid.* num. 9.

Limita, concurrente contraria voluntate ipsiusmet ac-  
quirentis, *ibid.* num. 10.

## ACTIO.

**N**ova actio experiri tantummodo valet in suo congruo,  
& separato judicio, primo jam terminato, dec. 21.  
num. 14.

Clausula quam, & quas in commissione contenta non dat  
facultatem convolvendi de uno ad aliud actionum genus,  
*ibid.* num. 15.

Frater gerens negotium utile cæteris fratribus, contra  
illos acquirit actionem personalem, decif. 24. num. 5.

Non verò hypothecariam exercibilem contra tertium,  
*ibid.* num. 6.

Creditoribus donantis illum convenire non possunt actione  
personali vel executiva, sed solum actione rei persecu-  
toria, seu reculsoria, dec. 27. num. 6.

## ACTOR.

**A**ctor in judicio restitutionis in integrum exhibere tenet  
omnes scripturas ad causam facientes, dec. 14.  
num. 4.

## ACTUS.

**O**missio formæ & conditionis in parte, viciat actum in  
toto, dec. 5. num. 14.

Actus à procuratore expletus contra formam mandati est  
nullus, dec. 7. num. 1.

Fortius, si in mandato apposta fuerit clausula, nec alias,  
aliter, *ibid.* n. 2.

Ratificatio probanda est ex actibus certis, & univocis, *ibid.*  
num. 4.

Adjuncta probatione scientiæ individualis omnium gesto-  
rum contra formam mandati, *ibid.* n. 5.

Nec extenditur de actu ad actum, *ibid.* n. 6.

Præferum inconcilabilem, *ibid.* num. 7.

Ratificationem non inducunt actus ad aliam causam referri-  
biles, *ibid.* n. 8.

Deficiente scientia actus, frustra illius ratificatio prætendit-  
ur, *ibid.* n. 9.

Dolus non admittitur in actu prudenti, & rationabili,  
dec. 15. n. 7.

Actus referri debet ad causam veram, & præexistentem,  
dec. 20. n. 16. & dec. 21. n. 12.

Judicium est actus legitimus trium personarum, Judicis,  
Actoris, & Rei, dec. 23. n. 3.

Consensus certo actui accommodatus, ad aliud diversum  
non extenditur, dec. 28. n. 12.

Actus ad aliam causam referribilis qualitatem hæreditariam  
minime probat, dec. 27. n. 7.

Qualitas hæreditaria non probatur ex actu æquivoco,  
*ibid.* n. 8.

Ratihibitio non resultat ex actibus ad aliam causam refe-  
ribilibus, dec. 32. n. 2.

## ADITIO.

**Q**ualitas hæreditaria resultat ex additione, non vero à  
simplici institutione, dec. 14. n. 1.

Aditio hæreditatis non est de sui natura præjudicialis,  
*ibid.* num. 7.

## ÆQUITAS.

**Æ**quitas non debet in iniquitatem declinare, dec. 28. n. 5.

## AGNATIO.

**O**nus assumendi cognomen censetur appositum ad solam  
memoriam nominis familie, non autem gratia con-  
servandi agnationem, dec. 20. n. 14.

## ALIMENTUM.

**M**entio filiorum facta in sola promissione alimentorum, de-  
notat animum donantis illos non includendi ex per-  
sona propria in donatione, dec. 20. n. 6.

Conjecturæ eo tunc admittuntur ad arguendam vocatio-  
nem filiorum donatarii quoties in aliqua parte dona-  
tionis nominati fuerint, *ibid.* num. 7.

Secus, ubi posthabita eorum nominatione donatio colla-  
ta fuit in donatarium, & hæredes quoscumque, *ibid.*  
num. 8.

Alimenta relicta filiis donatarii non probant illum vo-  
cationem ex propria persona, dec. 21. n. 4.

Sed potius illam excludunt, *ibid.* n. 5.

Alimenta debita jure actionis, repeti possunt, quamvis  
præterita, dec. 23. n. 20.

Putat, si fuerint promissa in concordia, *ibid.* n. 21.

Etiamsi alimentarius fuerit aliunde provivus, *ibid.* n. 22.

Imo præstationes non exactæ transeunt ad hæredes ali-  
mentarii, *ibid.* num. 23.

Filiatio, ad effectum consequendi alimenta perpetua, pro-  
bari debet conclusivissime, dec. 29. n. 3.

Fili adulterini legibus exosi nil ultra alimenta præten-  
dere possunt, *ibid.* n. 4.

Adulterinus, ad effectum consequendi alimenta perpetua,  
indiget illis probationibus, quæ sunt necessariæ filio  
naturali, ut successorem consequatur, *ibid.* n. 5.

Filiatio, ad effectum consequendi alimenta perpetua, non  
probatur ex largitionibus, & ex tractamentis per an-  
tea habitis, *ibid.* num. 12.

Neque etiam ex publica voce, & fama, *ibid.* n. 13.

## APPELLATIO.

**A**d Judicem appellationsis devolutum dumtaxat dicitur id,  
à quo est appellatum, dec. 21. n. 13.